Actum In Curia Regia Branscensi Feria Quarta in Vigilia Festi Purificationis Gloriosæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

Generosorum Turoboyskie Coniugum Approbatio

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Castren. Branscensibus comparens personaliter Generosus Olbrachtus Kamienski Burgrabius curiae Branscensis Sanus mente et Corpore existens palam publice libereque recognovit. Quia ipse inscriptionem certam in rem et personam Generosorum Achacij Turoboyski et Catherinae Rzecelowna Coniugum manu sua et certorum amicorum subscriptam de data die hodierna Prima Februarij conscriptam et vadio sexcentorum florenorum pollon. firmatam in Omnibus eiusdem inscriptionis conditionibus punctis et articulis approbant confirmant ratificant. eaque omnia ibidem exarata se de bonis suis Omnibus eorum posteris suis tam in toto quam in quavis minima parte tenere adimplere perficere exequi et inviolabiliter observare: inscribit sub vadio Sexcentorum florenorum Pollon. in defectu aliarum conditionum non expletionis ad Solvendum irremissibiliter Succumbendo. Et Coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo citationis termino tanquam peremptorio peremptoria responsione et satisfactione Omnibus contrarijs exceptionibus allegationibus rotationibus vera vel simplici infirmitatibus dilationibus quibusvis appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure et consuetudine fieri solitis se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando Sub ammissione suae suorumque successorum totius et integrae causae ut confectam.

Proszenski Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. comparentes personaliter Nobilis Nicolaus olim Matthiae Proszenski in Proszanka Baranki haeres una cum Nobili Simone Proszenski filio suo ad eandem inscriptionem annuente Sani mentibus et corporibus palam publice libereque recognoverunt Quia Nobili Andreae olim Mojsis Proszenski bona Sua Omnia mobilia et immobilia in haereditate Proszanka Baranki consistentia Se post olim Nobilem Simonem Proszenski fratrem Suum germanum et olim Nobilem Hedwigim filiam

eius, seu, liber decessum iure naturali successionis et alio quovis modo
ac iuris titulo concernen. in areis hortis agris pratis campis sylvis borris
rubetis aquis stagnis piscinis aedificiis molendinis et item omnibus
et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis perti
nentiis omniq. iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo
haereditario nil ibidem sibi seu suis successoribus aut alij excepturi
reservando seu excipiendo pura mera syncera et irrevocabili
donatione dederunt donaverunt irrevocabiliterq. resignaverunt
et inscripserunt perpetuis et aeternis temporibus. Cui tamen ex
nunc intromissionem realem item actualem ac pacifica possessione
per Ministerialem Regni generalem et Nobiles duos quem et quos faci
lius ad hoc negotium expediendum conducere poterit officiose acce
ptandam dare et admittere. Insuper iidem ipsi recognoscen. se cu
omnibus bonis suis mobil. et immobil. submittunt et inscribunt memo
ratum donatorium occasione praemissorum ab omnibus impedimentis iuri
dicis et extraiuridicis quorumvis personarum propinquarum et remota
rum cuiuslibet sexus status et conditionis existentium per et ultra
omnes censurationes(?) terrestres tueri defendere avincere liberare inter
cedere pacificare et sol(?) per se quam per quibus submissas et subordi
natas personas non inviriare imo eadem bona ab omnibus oneribus iuri
bus interruptionibus exonerare semperq. munda et libera facere sub
damnis terrestribus sumptis taxatis et edicendis. In defectu evictionis
seu praedictae possessionis ad solvend. irremissibiliter succumbendis Et coram
officio praesenti Castren. Bransoen. in primo citationis termino tanquam
peremptorio peremptoria responsione ac reali et effectiva satisfactione O
mnibus iuris remedijs et defensis se uti abrenuntiando et abrenuntiando.

Niemyic **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus Capitan. Castren. Bransoviensibus com
parens personaliter Nobilis Mathias olim Ioannis Niemyski sanus
mente et corpore existens palam publice recognovit Quia Honesto
Christophero filio suo illegitime nato tenetur estq. debitus summa
Triginta sexagen. polo debiti certi et liquidi debiti mercatiq pecunie
quam quidem summa supradictam ipsi recognoscens submittit ac se de bonis
omnibus mobil. et immobil. ad primam eius requisitionem post fata
sua per successores suos solvere inscribit. Sub vadio simili. Et
coram officio praesen. peremptoria responsione et satisfactione omnibus
iuris remedijs et defensis se uti abrenuntiando et abrenuntiando.